

Architettura

B Antonino Zanetti delastrotti

Scritto per Polipoli

HW

FERDINANDUS II.

REGNI UTRIUSQUE SICILIE ET HIERUSA-
LEM REX. DUX PARMÆ PLACENTIÆ
CASTRI &c. &c. MAGNUS PRINCEPS
HEREDITARIUS HETRURIE &c. &c. &c.

MESSANENSIS STUDIORUM UNIVERSITAS

NOS D. FRANCISCUS DE PAULA VILLADICANI

EX MOLE PRINCIPIBUS, MARCHIONIBUS CONDAGESTE,
BARONIBUS LANDI, PIRAGI, ET CARTOLANI, PATRI-
TII MESSANENSIBUS, JAM ORTHOSIE EPISCOPUS,
NUNC DEI, ET APOSTOLICE SEDIS GRATIA ARCHIE-
PISCOPUS MESSANENSIS, PRELATUS DOMESTICUS, ET
ASSISTENS AD SOLIUM PONTIFICIUM, BARO BOLI,
COMES REGALEUTI, DOMINUS ALCARIE, REGIS A
LATERE CONSILIARIUS, ET MESSANENSIS STUDIORUM
UNIVERSITATIS PRAESES.

Cum EXCELLENTISSIMUS HUIUS URBIS SENATUS
ab OPTIMO PRINCIPE FERDINANDO II.
(quem acipitet DEUS atque fortunet) suppli-
ci libello postulasset, ut antiquum Uni-
versitatis jus Messanae renovaretur, Cle-

mentissimus REX humillimam postulationem benigno ac volenti animo excipiens, honorificentissimo Decreto Neapoli edito iv. Kal. Augusti MDCCXXXIII. Dominationis suae felicissimae VIII. Messanensem studiorum Academiam ad Universitatem evehere dignatus est. Senserat enim Sapientissimus DOMINUS, amplissimam hanc dignitatem prope suo jure Messanae deberi, quippe quae pluribus abhinc saeculis praefatam dignitatem ab ALPHONSO, ET PHILIPPO II. Regibus invictissimis acceptam plurimos annos retinuerat. Satis equidem EI ab historia compertum erat, quam maxime a Scriptoribus commendari primum illud Messanense Athenaeum anno MDCIII. publicae institutioni erectum, et quales quantosque Viros omnigenis eruditionibus, et doctrinis praestantissimos illo vere aureo aeco floruisse, qui ob egregia eorum opera in lucem edita aeternam sibi famam, Messanae vero Si-

culaeque Genti non parum laudis et gloriae peperere. Quapropter Providentissimus PRINCEPS, qui saepe hanc Urbem sibi devinctissimam in visere in deliciis habet, alacri Messanensium juvenum indole perspecta, recte judicavit, eorum ingenia omnibus optimis imbuta disciplinis pristinum literarum decus a majoribus partum brevi iterum Patriae conciliatura. Facendum est igitur, maximum hoc esse beneficium, quod non huic solum Urbi, ejusque Provinciae commodum ac utilitatem allaturum esse arbitramur, sed toti etiam Siciliarum Regno; nam quo plures extant Universitates, eo facilius latiusque sapientiae lumina diffundi, et literae majus robur et incrementum in diem concipere videantur. Ea porro permagna laus est temporum, et Imperii felicissimi tam OPTIMI PRINCIPIS, qui bono rei publicae natus ad id animum intendit, id unice

laborat, ut Regia Majestas non armis
et legibus tantum, sed iis omnibus etiam,
quae humanarum divinarumque rerum noti-
tiam continent, facultatibus ornata sit, at-
que utilibus artibus, quae ad Societatem ho-
minum continendam, et ad publicam felici-
tatem promovendam maximopere conducunt.

Tos igitur ea, quae huic nostrae Uni-
versitati facta est, potestate functuri defen-
dendi gradus Academicos Approbationis
scilicet, Licentias, et Laureaes Docto-
ralis, hic pauca pro te admonere exi-
stimamus. Et primum Unumquemque la-
tere non debet, propositis sanctionibus cautum
esse, ne quis publice, aut privatim juventu-
tem erudire, aut publica munera exercere au-
deret, nisi morum sanctitate praeditus eadem
disciplinas, quas alios edocere statuit, se
callere clarissimis comprobaverit argumentis.
Deinde iisdem sanctionibus nonnulla prae-
scribuntur experimenta, ex quibus publice,

aut privatim editis clare dignosci posset,
an idem ille ea munia, ad quae studet
percepire, recte atque ordine pro rerum di-
gnitate sit obiturus. Quandoquidem autem Eu-

E. Antonius Borzi filii *D. Petri*
et *L. Martij Morabito* aetatis an-
no *quinquagesimo septimo* ex *litteris* *Belosopo*
Provinciae *lucanae* specimina praecla-
ra praebueris indolis, solertiaeque tuae in
explicandis, quae delectae fuerunt *de Architectura*
et Scientia questionibus

iisque omnibus, quae lege praefinita sunt
satisfeceris: Tos Praesens de Facul-
tatis sententia *E. Antonium Borzi*
quem probitas, atque eruditio explorata jam
nobis, penitusque perspecta satis commen-
darunt *inhibentem* *Doctorem* declaramus,
et *ad Doctoris Lauream* promovemus ac
dignum judicamus, qui *eandem* *licen-*
tiam *publicam*, et *in* *litteris* *proficere*
ac exercere *possit*

Ejus rei gratia hoc DIPLOMA subscri-
bendum sigillisque muniendum curavimus
Datum Messanae ex Aedibus Regiae
Studiorum Universitatis Die Undecimo ni
Novemberis Anni Millecenis octingen-
tesimi quadragesimi secundi

Regiae Studiorum Universitatis Praes

Franciscus de Santa Maria
Arch. Mes.

Cancellarius
Cajetanus Caracciolo



263.

Handwritten: # 96
Messina 11. Novembris 1802

Handwritten: ad 10. 10. 10. 3.

Handwritten: Cancellarius

Handwritten: Messina

Handwritten: # 113

Handwritten: Cancellarius
Cajetanus Caracciolo

